robustissimum uirtutis contra nullum. post hoc
iohanam principes. et cum eo ceteros
multos. Post istum quoq; amalias filius
zethri coniurauit contra eum. et cum eo
ducenta milia uirorum fortium. hunc
sequebantur robusti ad preliandum. hebraam
et cum eo centenarium arcum et clipeum
et post istum etiam iosaphat. et cum eo
clx. expeditorum militum. hi sunt
erant ad manum regis exceptis aliis
quos posuerat in urbibus iuda. XVIII
Fuit ergo iosaphat diues et in
clitus multum. et affinitate
coniunctus est achab. descendit
post annos aliquos ad eum. ut
mariam ad cuius aduentum macta
uit achab arietes et boues plurimos
et pecus qui uenerat cum eo. et suasit ei
ut ascenderet in ramoth galaath. di
xitq; achab rex israel ad iosaphat. rex
iuda. uenies mecum in ramoth galaad
Cui ille respondit. ut ego et tu. sunt
populus tuus sicut et populus meus. tecum
quoque erimus in bello. dixitq; iosaphat ad
regem israel. Consule obsecro hodie
uerum sermonem domini. Congregauit
ergo rex israel prophetas. quadringentos
et dixit ad eos. Numquid ramoth galaad
ire debemus ad bellandum an quiescere. At illi. ascende. quia tradet
eos deus in manu regis. dixitq;
iosaphat. numquid non est hic propheta
domini. ut ab illo etiam inquiramus.
Et ait rex israel ad iosaphat. Est unus
adhuc per quem possumus quaerere dominum. uolunta
tem sed ego odi eum. quia non prophe
tat mihi bonum. sed malum omni
tempore. Et ait michaeas filius embla
dixit ei iosaphat. sic loquatur rex
hoc modo. Vocauit autem rex israel unum
de eunuchis et dixit ei. uoca cito michaeam filium embla. porro rex israel et iosa
phat rex iuda. quique sedebant unusquisque
suo uestitu cultu regio. sedebant autem
in area iuxta portam samarie. omnesque
prophete uaticinabantur coram eis. Sedechias uero filius chanaana fecit sibi
cornua ferrea. et ait. hec dicit dominus
ius uentilabis syriam donec consumas
eam. omnes quoque prophete similiter prophetabant atque dicebant. Ascende in ramoth
galaath et prosperaberis. tradet eos do
minus in manu regis. Nuncius autem
qui ierat ad uocandum michaeam ait
illi. en uerba omnium prophetarum uno ore
bona annuntiant regi. quesumus ergo te
ut sermo tuus non discrepet ab eis.
et loquaris prospera. Cui respondit mi
chaeas. Viuit dominus. quia quodcumque
dixerit dominus hoc loquar. uenit
ad regem. Cui rex ait. michaea ire de
bemus in ramoth galaath ad bellandum
an quiescere. Cui ille respondit. ascende
et uince. cuncta prospere eueniunt ho
stibus et tradentur hostes in manus tuas
dixitque rex iterum. atque itidem. te adiuro
ut non loquaris mihi nisi uerum et
in nomine domini. At ille ait. Vidi om
nem israel dispersum in montibus si
cut oues absque pastore. Et dixit dominus
non habent isti dominum. reuertatur unus
quisque in domum suam in pace. Et ait
rex israel ad iosaphat. Nonne dixi tibi
quod non prophetaret iste mihi quicquam
bonum. sed ea que mala sunt. At ille ite
rum ait. Audite uerbum domini. Vidi do
minum sedentem in solio suo. et omnem